GUILELMUS PERALDUS. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Salzburg (?), 2. Drittel 14. Jh.
Seite 71r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8182
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

munia accipiunt. Quis n(on)
insanus ea diliget que a-
matoribus suis tot et tanta
mala faciunt. ¶ Sequitur
de hiis que possunt esse re-
prehensibilia circa amato-
res munerum que sunt vi.
¶ Primum est quando aliquis qui
non indiget recipit quod pau-
peribus dari debet. vnde Ieronimus ad
Damasum papam. Cle-
rici qui bonis operibus paren-
tum sustentari possunt
si quod pauperum est suscipiunt
sacrilegium profecto committunt
et per abusionem talium in-
dicium sibi manducant
et bibunt. Item in quadam
epistola. O monache sie-
ges et accipis potius das
quam accipis. hoc dicit quod obligat
ad dandum spiritualia. que
acceptis meliora sunt. De-
inde subdit. Si non indiges
accipis rapis. quod distribu-
enda pauperibus tibi usur-
pas. Item prosper in libro
de vita contemplatiua. Ha-
bentes vnde sustentari non sine
peccato suo gravi. vnde paupe(r)
victurus erat accipiunt.
¶ Secundo reprehensibile est
quando accipiunt ea que tene(n)-
tur restituere eis a quibus
habuerunt. De quibus. Ieronimus.
Qui acceptoribus symoni-
acis feneratoribus munia
accipiunt. similes sunt illis qui
minores pisces deuorant
a magnis comeduntur et de-
uorantur. Sicut enim pisces
deuorati nullo usui sunt ap-
ti. ita nec oblacio talium
usui ulli religioni apta est.
Hoc uicio laborant quidam
religiosi nostri temporis exterius
pretendentes sanctitatem. in-
terius vero pleni auaricia
et cupiditate. qui cum mercato-
res sunt pellium aguilla-
rum. qui impudenter omnia
accipiunt et in proprios usus
ea conuertere nolunt. Qui si-
gnati sunt per Gedeonem. qui
inaures aureas de preda
madyanitarum accepit ut
inde faceret uestes sacerdota-
les et factum est Gedeoni et omni
domui eius in ruinam. Iudicum
viii. Isti sunt similes saul qui
regem amalech interfecit
et meliora de omnibus et de ar-
mentis reseruauit volens
immolare domino. propterea quod ab-
iecit eum dominus ut non esset
rex in israel. i. Regum xv. Isti et-
iam sunt similes Achor qui furatus
est de anathemate iericho.
Iosue vii. Isti contra prohibicio-
nem legis mortiferum come-
derunt et a bestia captum.
¶ Tercio reprehensibile est
cum habent impios ministros
qui procurant quocumque modo.